Misce ꝛ laua oleum ꝛ cerā cū suprascripta decoctione nonies semp remouēdo aquā: ꝛ cū boc factū fuerit. ℞.

Corticū castanearum. uis. ʒ.i.
Glandium. Myrtillorum.
Corticum medianorum arboris glandium. Oçimarum vuarum: idest de lambruscis.
Gallarum. aā.ʒ.y. Sorbarꝝ siccarum. aā.ʒ.i.
Cineris ossium cruris bo. Trociscorꝝ de kara. ʒ.viy.

¶ Fiat ex bis puluis subtilissimus: ꝛ misce cuz suprascripto oleo ꝛ cera: ꝛ fiat vnguentum. ¶ Per cortices fabarum auctor intelligit corticem in qua fabe oriuntur crescunt ꝛ maturantur. s. illa tegula. ¶ Modus lauādi cera talis est. ꝑmo debet cera ad ignez liquefieri: deinde

in aqua mũda ab omni sapore oꝫ proyci ⁊ in aqua illa oꝫ manibus malaxari: ⁊ aqua a cera manibus exprimi. Deinde ad ignẽ oꝫ liquefieri ⁊ in aqua mũda proyci: vt prius: ⁊ sic iterum atqꝫ iterum est faciendus quousqꝫ aqua sine sapore exeat: ⁊ tunc erit signum lotionis ⁊c.

**Unguentum** de Antbera Magistrale: ⁊ est cõstrictiuum. ℞.

| | |
|---|---|
| Myrtillorum. | Seminis antbere. |
| Hallarum. | Rosarum rubearum. |
| Nucum cupressi. | Seis plãtaginis. aã.ʒ.ʃ. |
| Lorticum granatorꝫ. | Terantur bec omnia subtiliter ⁊ cum. |
| Acbacie. | |
| Masticis. | Olei rosati. lib.i.ʃ. |
| Balaustiarum. aã.ʒ.i. | Cere noue. ʒ.iiy. |

Misce: ⁊ fiat vnguentum. ℂ Modus faciendi acbaciam talis est. Accipe succi pomorum syluestrium quantitatem quam volueris propinquorum maturationi: ⁊ pone in calidario: ⁊ coque vsqꝫ ad consumptionẽ codognate de melle ⁊ extende super tabulam postq̃ cocta fuerint ⁊ incide cum cultello in frustis paruis: ⁊ postea dimitte exiccari ⁊ vsui reserua ⁊c.

**Unguentum** ad combustionem ignis Magistrale sic fit. ℞.

Lorticis medulle sambuci. ʒ.y.
Bulliant in aqua sufficienti vsqꝫ ad cõsumptionẽ duarꝫ partium ⁊ coletur: deinde in dicta colatura adde.
Olei nucum. ʒ.iiy.
Et tantum bulliat lentissimo igne vsqꝫ ad consumptionẽ suprascripte decoctionis: postea adde intus in fine.
Cere noue ⁊ boni coloris. ʒ.y.
Misce ⁊ fiat vnguentum ⁊c.

**Unguentum** ad scissuras mamillarum Magistrale. ℞.

| | |
|---|---|
| Lytbargiry argenti. | Axungie porci mas. ʒ.y.ʃ. |
| Zinçiberis fini. | Olei violati. ʒ.iy. |
| Myrre. aã.ʒ.y. | Cere noue. ʒ.y. |

℄ Et fiat vnguentum molle.

**Unguentum** mirabile relatum ad Nicodemum Mesue. valens ad vlcera putrida: ⁊ generat in eis carnem ⁊ sigillat: ⁊ prohibet in eis fieri putrefactione. Cuius bec est permixtio. ℞.

| | |
|---|---|
| Myrre. | Mellis dispumati. ʒ.vi. |
| Aloes. | Vini albi ⁊ boni. ʒ.iiy. |
| Sarcocolle. aã.ʒ.i. | |

Decoquantur simul cũ facilitate vsqꝫ dum habeat spissitudinẽ. Et quãdo additur in medicamine Vitreoli. ʒ.ʃ. ⁊ proprie ad ꝛsumptionẽ carnis addite: ⁊ est expertum.

**Unguentum** basilicon magnum Mesue confert vulneribus: in quibus est calefactio ⁊ proprie in vulneribus neruosis: mundificat enim ⁊ incarnat ea. Cuius permixtio. ℞.

| | |
|---|---|
| Cere albe. ʒ.vi. | Picis grece: idest colofonie. ʒ.i.ʃ. |
| Rase pini. | |
| Sepi vaccini. | Picis. ʒ.iy. |
| Olibani. | Olei cõmunis. lib.y. |
| Myrre. aã.ʒ.i.ʃ. | |

Conterank cõterenda: ⁊ fiat vnguentum in bona forma.
℄ Pix si simplr scripta reperiat semper de naturali intelligatur. Si vo pix greca de colofonia semp intelligit.

**Unguentum** cerasios magnũ Mesue. rectificãs vlcera maligna: ⁊ fistulas difficiles: ⁊ mundificat a carne mortua: ⁊ putrefactiõe: ⁊ perficit sigillationem eoꝝ sigillatione laudabili. ℞.

| | |
|---|---|
| Armoniaci. ʒ.i. | Olibani masculi. |
| Bdelly. ʒ.v. | Aristologie. aã.ʒ.v. |
| Sarcocolle. ʒ.v. | Oppoponacis. ʒ.y.ʃ. |
| Myrre. | Flozis eris. ʒ.iy. |
| Halbani. aã.ʒ.iiy. | Resine. ʒ.xiiy. |
| Lytbargiry. ʒ.xv. | Cere albe. ʒ.y. |
| Aloes. ʒ.y.ʃ. | Olei cõmunis. ʒ.y.ʃ. |

Armoniacum ⁊ bdellium dissoluantur in aceto. Lytbargirium teratur ⁊ decoquatur cum oleo donec liquefiat: ⁊ tunc remoueatur ab igne donec infrigidetur parũ ⁊ pyce super ipsum aramoniacũ ⁊ bdelliũ dissoluta in aceto: ⁊ reduc ad ignem donec coagulek: ⁊ post illud proyce super ipsum reliquas medicinas ⁊ administretur ⁊c.

**Unguentum** cerasios paruum Mesue. faciens nasci carnem in vulneribus: ⁊ mũdificat ⁊ incarãt ea: ⁊ confert vulneribus recentibus ⁊ antiquis. ℞.

| | |
|---|---|
| Aristologie rotunde. | Sarcocolle. ʒ.ʃ. |
| Radicis ireos. | Lytbargiry triti pulueri. |
| Sãguis draconis. | ʃati. ʒ.v. |
| Armoniaci. aã.ʒ.ʃ. | |

Decoquak lytbargiriũ cũ olei cõmunis lib.i. vsqꝫ duꝫ liquefiat. Et conficiantur cũ alys sicut diximus.

**Unguentum** alabastrum Nardi precioſi qõ romani de bierusalem attulerũt tempore quo dominus noster Jesus Xps fuit crucifixus: probatum est in omnibus febribus ⁊ rigoribus ⁊ calculosis doloribus lumborum: petram de vesica frangit. dolorem illum aufert emigraneum. als iliacum dolorem amputat. causis matricis optime subuenit. Maria ⁊ Martha Sorores Laçari boc vnguento vse fuerunt diebus vite sue.
Cuius permixtio bec est. ℞.

| | |
|---|---|
| Sauine viridis. ʒ.v. | Pedere. |
| Hallarum cupressi viridis. ʒ.viy. | Mille foly. aã.ʒ.vi. |
| | Artbemisie. |
| Rozis marini viridis. ʒ.vi. | Fenugreci. |

Terre benedicte. Seminis lini. aã.ʒ.vi. Dec omnia infunde in aque sextario vno ⁊ medio: ⁊ stet in infusione p duos dies. postea adde. Olei cõmunis sextaria. v. ⁊ dimitte eaꝫ cum cautela tandiu coquak vsqꝫ ad consumptionẽ aque: ⁊ remoto ab igne colek p sacculũ: additis

| | |
|---|---|
| Cere noue pure ⁊ mũ. ʒ.vi. | Rasine pini. |
| Colofonie. | Olibani. |
| Terbentine. | Masticis. aã.ʒ.v. |
| Halbani. | Storacis calamite. |
| Hũmi bedere. aã.ʒ.v. | Spice nardi. aã.lib.i. |
| Picis bispane. ʒ.v. | Balsami. ʒ.iiy. |

Que terenda sunt terank ⁊ que liquefienda liquefiãt ꝑm artem: ⁊ misce omnibus: fiat vnguentum semp agitando cum spatula ⁊ vsui reseruetur ⁊c.



**Uccharum** rosatum Mesue. stomacbum ⁊ cor confortat: ⁊ omnia viscera. Et confert ad mollificationes eorum: ⁊ eius modus talis est. ℄ ℞. Summitatis florum rosarum rubearum incomplete maturitatis. ʒ.iiy. Permittank post eorũ collectionẽ saltim per diem. deinde in lapideo vase vitimate conterantur postea adde eis çucbari lib.i. ⁊ bene pistando permisceantur: deinde reponank in vase vitreato: ⁊ cooperiatur charta: demũ soli exponak: ⁊ per mẽses. iy. permittak omni die illum miscendo: deinde remoueatur ⁊ reseruetur. Et boc modo fiat çucbarum violatum buglossatũ ⁊ borraginatum permutando soluꝫ flores: in reliquis vo prescriptus modus seruandus est. Et quidam faciunt illud cum rosis non babentibus aliquid de complemento ⁊ inueniꝫ magis stipticum. ℄ Et sunt qui non terunt rosas: sed incidunt cum forficibus: ⁊ fricant manibus fricatione vltima

tima rosa ⁊ çucchariꝫ:deinde exponunt soli. ¶ Nota insuper ꝙ de florib⁹ prescriptis solum summitas accipienda est.alia vo abycienda:qz nimis dura. Et fila illa que in florib⁹ borraginis reperiunt abycienda sunt.

**Zucchar**um violatum Mesue inflammatione ⁊ sitiz sedat:ventrē lubzicat. Et ei⁹ modus est sicut çucchar̄ rosatum:indigent tñ viole expansione longiozi ⁊ expositione in sole ⁊c.

¶ De artificio cere.

**Cera** enim quid sit: ⁊ qūo a melle separatur:quomodoqꝫ fiat:A doctozibus lōgo ⁊ claro sermone pertractatum est:ita vt ⁊ mulieres ⁊ rustici magistri effecti sint. Igitur de ipsius artificio scribē restabat. A cera igitur rubea faciam initium.

¶ Ad faciendum ceram rubeam. ℞.

**Cere** noue lib.i.Terbentine subtilis. ʒ.iy.in estate:in byeme ʒ.iiy.Cinapzy super lapidem pictozum bene triti. Olei olinarum. aā.ʒ.i. Liquefiant cera ⁊ terbentina ad ignem demum remoueantur: ⁊ post aliqualez infrigidationem addatur oleum ⁊ cinapzium beneqꝫ simul misceantur ⁊ reseruetur ⁊c. ¶ Oleum enim cum cera ponitur vt cera simul tenere faciat que a cinapzio separatur ⁊ frangibilis redditur ac vt cinapzium melius conteratur. ¶ Sunt qui loco cinapzy ad faciendum rubeaz ceram ponunt minium ⁊ fieri potest:sed in triplo ponitur de minio vt pzo omni lib.cere miny bene triti cum oleo vt supza. ʒ.iy.vel.y.ad minus;sed non habet tantum colozem quantum fit de cinapzio ⁊c.

¶ Ad faciendum ceram viridem. ℞.

**Cere** noue lib.i.Uiridis eris triti vt supza.Olei oliuarum. aā.ʒ.i. Liquefiat cera:⁊ post aliqualē infrigidationem addatur viride eris ⁊ oleum ⁊ bene misceātur:⁊ viridis fiet. ¶ Si dictam ceram tenaceꝫ facere vis adde quantitatem terbentine supzascriptam in cera rubea. Terbentina enim in cera ponitur vt per ipsam tenax reddatur. Ac qz aliquādo de ipsa fiunt imagines vt facilius a formis in aqua madefactis separet:quare.

¶ Ad faciendū ceram nigram. ℞.

**Cere** noue lib.i.Terra nigra trita.vt supza.Olei oliuarum. aā.ʒ.i. Liquefiat cera ⁊ post aliqualem infrigidationem addantur terra nigra ⁊ oleum ⁊ reserua. ¶ Si dictam ceram nigram tenacem facere vis addas quantitatem terbentine supza tibi notatam.

¶ Ad faciendum seu dealbandum cerā. ℞.

**Cere** quantitatē quā volueris. Aque clare.partes.y. Misceantur duo bec ⁊ calefiat aqua ad ignē clarum vsquequo cera sit liquefacta: deinde paululum permittatur quiescere donec tota cera natet super faciē aque: deinde accipe vas aliqō vitreatum:cuius pars exterioz sit lenis ⁊ madefac euz in aqua frigida:deinde infundatur fere medietas eius in cera liquefacta ⁊ extrabe cuz cera que sibi adheret ⁊ permitte ceraz illam infrigidare:deinde separa eam a vase ⁊ tantum boc facias ꝙ tota cera ab aqua fuerit extracta:deinde dictam ceram taliter formaram soli exponas ⁊ rozi in mense May ⁊ illam sepe voluas:⁊ tā tum permittatur ꝙ fiat alba vt ceruſa.

¶ Sunt autem quidam aly qui illam dealbant in tribus diebus seruando predictum modū. Sed expectant in mē se July quando sol est in maiozi caloze:⁊ ga cera illa subtilis est faciliteꝫ a caliditate solis posset liquefieri aspergenda est aqua munda bis in die.

¶ Alius modus dealbandi ceram. ℞.

**Cere** quantitatem quam volueris. Aque clare.partes duas. Bulliant simul ⁊ coquantur donec nigre, scat aqua. Et tunc proyce aquā illam ⁊ pone aliaz:⁊ ita fepe fiat donec fiat alba:deinde collige ceram ⁊ reserua.

¶ Multis alys modis potest cera dealbari. Sed prescripti duo modi sunt cōmuniozes ac meliozes. insuper nota ꝙ cera potest omnem colozem accipere tingendo eam cū retingente ad colozem quem intendis facere. Seruando modum in cera rubea ⁊ viridi tibi declaratum ⁊ de quantitate tam rei ꝙ olei ⁊ contritione ⁊c.

¶ Modus laborandi dictam ceram.

**Mensura** longitudinis ſm diuersitatem pōderis. Cereum de Rub.xxi.debet esse bī.iiy. ⁊ quar.y.

Cereum de Rub.viy debet esse de bī.iiy.⁊ quar.ʒ.
Cereum de Rub.vy.debet esse de bī.iiy.
Cereum de Rub.vi.debet esse de bī.iy.⁊ quar.iy.
Cereum de Rub.v.debet esse de bī.iy.⁊ tertie.y.
Cereum de Rub.iiy.debet esse de bī.iy.⁊ tertie.i.
Cereum de Rub.iy.debet esse bī.iy.
Cereum de Rub.y.debet esse dę bī.y.⁊ quar.iy.ʒ.
Cereum de lib.xl.debet esse de bī.y.⁊ quar.iy.
Cereum de lib.xxx.debet esse de bī.y.⁊ quar.y.
Cereum de lib.ly.debet esse de bī.y.ʒ.⁊ digiti.y.
Cereum de lib.xvi.debet esse de bī.y.
Cereum de lib.xy.debet esse bī.y.minus digiti.iiy.
Cereum de lib.viy.debet esse dę quar.vi.ʒ.
Cereum de lib.v.debet esse dę quar.v.ʒ.
Cereum de lib.iiy.debet esse de bī.y.⁊ quar.ʒ.
Cereum de lib.iy.debet esse de bī.y.
Cereum de lib.y.ʒ.debet esse de bī.i.⁊ quar.iy.ʒ.
Cereum de lib.y.debet esse de bī.i.⁊ quar.iy.
Cereum de lib.i.ʒ.debet esse de bī.i.⁊ tertie.y.
Cereum de lib.i.debet esse de bī.i.⁊ quar.i.
Cereum de lib.ʒ.debet esse de bza.i.
Cereum de.ʒ.viy.debet esse de bza.i.⁊ digitis.y.
Cereum de.ʒ.iiy.debet esse de quar.iy.ʒ.⁊ digitis.y.
Cereum de.ʒ.iy.debet esse de quar.iy.⁊ digitis.y.
Cereum de.ʒ.y.debet esse de quar.iy.
Cereum de.ʒ.i.debet esse de quar.y.⁊ digitis.iy.
Cereum de.ʒ.ʒ.debet esse de quar.i.ʒ.⁊ digitis.y.
Cereum de ȯ.iiy.debet esse de quar.i.ʒ.
Cereum de ȯ.iy.debet esse de quar.i.⁊ digitis.iy.
Cereum de ȯ.y.debet esset de quar.i.⁊ digitis.y.
Cereum de ȯ.i.debet esse de quar.i.⁊ digitis.i.

¶ Mensure iste intelligende sunt ac mēsurande cuz bzachio pāni:⁊ non soluz intelligende sunt de cereis rotūdis: sed de q̄dratis:diuersificant tñ qñqꝫ ſm diuersitatē opinionuz:sed bic est cōis ⁊ ꝓportionatus modus ab oib⁹ vsitatus. ¶ Nota insup ꝙ qñ ceram laborantes vel inaduertentia vel aliquo alio casu faciunt vel summitatem vel postremam cerei nimis grossa. vt igit errozē suuz corrigere possint abzadūt cultello ptez illam supfluā: cuius modus nō laudat. Sed accipienda est alia cera feruēs ⁊ sup ptez illā superfluā cū illo caloze proycienda:⁊ totiens est reterāda ꝙ pars illa amota sit:⁊ sic erroz corrigit. Et nota ꝙ paruꝫ dz esse dźis in magnitudine seu ingrossitie de parte infima ⁊ supzema si ſm rationē laboratum est cereum.

¶ Apponitur qñqꝫ rotunda cerea vt dispendium euitet. Igitur talis est modus. Amouetur cera in superiozi pte cerei antiq vsqꝫ ad lyciniū per quartā vnā ⁊ lyciniū antiquū cū nouo bene ligēt:ita vt si cum fune suspēdat nō laxetur:deide innoluat charta tāte altitudinis quāte cereū esse dz:⁊ in dicta vacuitate cera liquefacta cū captia ponatur vsquequo vacuitas plena sit:deinde duo vel tres manus cere sup totū cereū addat. Et sic nouiter totū factum esse appebit. Modus bic ab oibus vsitatus est ⁊c.

¶ De artificio Zucchari.

EX zucchаro multa fiunt q̄ hoc meo libello nō describentur Cū iam trita sint ⁊ rudes in his sint edocti. Sz quia fiunt ⁊ non ab omnibus modus faciendi scitur declarabitur vt artificiū çucchari omnibus pateat huius opusculi beneficio.

¶ Ad faciendum coriandros solios.

**Coriandri** rotundi seu soly fiunt ex çucchаro sub quo ponit semē coriandri ꝑparatuz. vt supra ⁊ bene exiccatū oi humiditate. Et in principio vsqz fere ad finem ponit̄ çucchаrū bene coctuz. In fine vo per tres vel q̄tuor manus exhibeat̄ leuis coctionis vt maiorez rotunditatē accipere possint fiantqz magis soly.

¶ Dicti coriandri bene siccandi ⁊ fricandi manibus sunt ⁊ nō solū in fine: sed in omni additione çucchari: eo qz ide duriores reddunt̄: nec ita faciliter ab humiditatibus deni grantur ⁊ molles reddunt̄: ⁊ tūc ab oibus artificiū laudatur: ⁊ hec est ꝓsuetudo Januensium que oibus approbat̄.

¶ Ad faciendum coriandros crispos.

**Tegatur** semē coriandroꝝ çucchаro manibus fortiter fricando vsquequo habeāt mediocrē magnitudinem dando super çucchaꝝ satis fortis coture: deinde accipiat̄ captia forata paruo foramine in fundo ⁊ çucchаro impleat̄ ⁊ ab alto çucchaꝝ dictis coriādris ꝓiciatur semper baciloni ducendo sub ⁊ supra hinc ⁊ inde ⁊ sit çucchаrum fortis cocte a principio vsqz ad finem: ⁊ bene exiccentur ducendo baciloni: vt supra.

¶ Zucchаrū dat̄ bñ coctū vt crispuz durare diu possit ac vt tantū simul nō adhereāt quātū adhereret si leuiter decoqueret̄: ⁊ hoc bene docti aromatary faciunt ⁊c.

¶ Ad faciendū cinamomū confectuz. ℞.

**Cinnamomum** excorticatū a superiori cortice ⁊ ꝑ parua fila incidat̄ ⁊ in baciloне ponit̄ ac çucchаrum supra eum ꝓiciatur cum captie paruo foramine forato. Et in p̄ncipio ꝑputa ꝑ tres manꝰ çucchаrum sit leuis coctionis postmodū vsqz in fine fortiter baciloнum ducendo vt in coriandris crispis dixi: ⁊ tāduz hoc cōtinuetur ꝙ grossi reddantur. ¶ Sunt qui post primam proiectionem çucchari aspergunt in dictum cinnamomum inciſuz çinçiberis pulueriçati vt fiant magis mordicatiui ⁊ gustui fortes. Sed modus ille nō mihi placet. Sed vt lingue mordētes sint debent fieri ex bono cinnamomo nec infundendum est in aqua vt quidam fatui faciunt vt facilius incidatur: eo quia illa infusio tollit omnino sapozem cinnamomi ⁊c.

¶ Ad conficiendum amigdalas. ℞.

**Amigdalas** ⁊ bene cum panno aspero frica: bñqz in baciloне exicca. ⁊ ab omni imundicia munda: demum cum çucchаrum fortis coctionis super eas ꝓyce cum captia forata baciloнū huc ⁊ illuc ducendo incessanter sub quo sit ignis carbonū beneqz exiccentur: ⁊ tantū hoc fiat ꝙ bene tegantur: ⁊ quanto ꝓtinuetur dicta ductio baciloni: tanto solidiores redduntur.

¶ Sunt qui conficiunt amigdalas cum cortice: ⁊ hoc modo confecte longiori tempore durant nec rancescunt. Sūt vo qui a superiori cortice mundant: ⁊ sic conficiunt cum çucchаro. Alij qui illas diuidūt in duas partes ⁊ conficiūt. illaqz crispas faciunt. Modus vo faciendi ⁊ de coctione çucchari ⁊ ductione baciloni est vt de coriandris crispis tibi monstraui ⁊c.

¶ Ad condenduz rancetos. ℞.

**Cortices** ranciozum prepara quantitatem quaz voleris: ⁊ super eas ꝓyce çucchаrum cuz captia forata bene coctum: ⁊ facias quemadmodum de cinnamomo dixi: ⁊ de profectione çucchari: ⁊ ductione baciloni. ¶ Cortices ranciozum̄ hoc modo ꝑparantur infundantur in aqua munda: ⁊ permittantur per dies nouez omni die aquam innouando. vltimo vo bulliant in aqua decem vel duodecim ebullitionibus: deinde ab igne remoti exprimantur ⁊ remoueatur pars alba que cortici adheret: ⁊ incidantur per longum in satis minuta frusta ⁊ infundantur in çucchаro liquefacto ⁊ cocto per diem ⁊ noctem: deinde in eo bulliant leui ebullitione: postmodū extrabantur ⁊ desiccari permittantur que desiccate modo quo supra conficiantur: ⁊ hoc modo ꝑparantur ⁊ amaritudo ab eis remouetur.

¶ Ad conficiendum gariofilos. ℞.

**Gariofilos** ⁊ exicca beneqz munda ab omnibus immundicijs: deinde çucchаrum cuz captia forata super eos ꝓyce fortes satis coture. Et si illos crispos facē vis facias vt ō coriādris crispis tibi dixi de ductione baciloni. Si vo solidos vt de amigdalis tibi monstraui: ⁊ idem intelligas de rancetis.

¶ Ad faciendum confectiones bene crispas debet esse foramen captie paruum ⁊ çucchаrum debet dari equaliter ⁊ vniformiter: ⁊ quanto ab alto ꝓycitur tanto melius: nec permittēde sunt gutte super eas cadere. ille enim opus tuum destruent.

¶ Ad conficiendum anisos. ℞.

**Semina** anisozum bene mundata. lib. ij. Et super ea ꝓyce çucchаrum leuis coctionis in principio ⁊ bene manibus ducantur per baciloнum vsquequo fere sint cooperta: beneqz exiccentur ad omnez manum çucchari: ⁊ hoc continuetur vsqz in finez si solios anisos facere vis. Si vo crispos postq̄ cooperta erunt de çucchаrum cuz captia forata: ⁊ ab alto ⁊ sit fortis cocture: deinde duc baciloнum vt in coriandris crispis tibi dixi: ⁊ hoc facias vsqz ad debitam ipsoꝝ magnitudinem.

¶ Anisi quāto ꝓiores tāto pulchriores: ⁊ quāto duriores: tāto laudabiliores. duri enim fiunt ⁊ nō solū anisi: sed ⁊ cetere alie ꝓfectiones si bene siccent̄ ad oēm çucchari additionē: qz bñ hoc notet̄. ¶ Ad ꝓficendū pineas. ℞.

**Pinearum** bene mundatarum quantitatem quā volueris: ⁊ sup eas ꝓyce çucchаrum cū captia forata bone cocture a principio vsqz ad finem: ⁊ duc baciloнum ꝓout in coriandris crispis tibi monstraui. Si vo solios facere vis facias ꝓout de amigdalis tibi monstraui: ⁊ de ꝓiectione çucchari ⁊ ductione baciloni.

¶ Nota ꝙ hec confectio paruz durat: eo quia rancescūt pinee: ⁊ anteq̄ conficiantur est aduertenduz ne rancide sint. cognoscuntur aūt quia sūt nigre ⁊ mali sapozis: quare purgande sunt cum furfure: vt supra tibi ostendi.

¶ Nota insuper ꝙ sunt qui in prima exhibitione çucchari ponunt albumen ouī bene conquassatū cum çucchаro nō multū calido ne albumen coqueretur: ⁊ hoc faciunt: eo qz cum difficultate çucchаrū eis adheret ꝓpter oleaginitatem que in eis est: ⁊ hic modus nō vituperatur ⁊c.

¶ Ad ꝓficiendum auellanas. ℞.

**Auellanarum** quantitatem quam volueris ⁊ facias ꝓout de amigdalis tibi mōstraui: ⁊ crispas ⁊ solias faciendo ⁊ seruādo modū in istis: sicut de amigdalis tibi dedi.

¶ Auellane anteq̄ conficiant̄ debent bene duci in bacilono: ⁊ calefieri ad hoc ꝙ subtilis cortex eis adherens remoueat̄. Si n. ꝓmitteret̄ çucchаrū facilr ab eis remoueret̄.

¶ Ad conficiendū muscardinos. ℞.

**Cinnamomi** subtilis ⁊ electi: ⁊ bene pulueriçati ʒ.ij. Musci optimi dissoluti cum paucissima aqua rosa. ℈.ʃ. Misce duo hec in baciloне ⁊ super

ꝛ ſuper eis proyce ſuccharum bene cocorum beneqꝫ ꝛ inceſſanter manibus ſuccharum ꝛ ſpecies ducantur:ꝛ bene exiccẽtur:ꝛ totiens hoc fiat q̃ ad groſſitudinem : ſeminis papaueris veniant in fine dando per duas manus ſuccharum leuis coctionis vt rotundi fiant.

¶ Muſcardi niſi cuꝫ difficultate corpus accipiunt:ſed ſagax aromatarius ꝛ ſollicitus in miſcẽdo manibus ſuccharum:ꝛ ſpecies cito eos formar.poſt vo duas vel tres manus ſucchari cribellandi ſunt a qua cribellatione exeunt muſcardini groſſitudinis ponte acus ꝛ puluis reſeruet: ꝛ aly qui iam corpus ſumpſerunt expleanꝫ. Feci ego ſemel facere ab vno famulo bene docto.ꝛ preſens ſteti:qui illos cito ꝛ optime perfecit.Sed ante perfectionez dimiſit pellẽ manus ad bacilonũ ꝛ pauca que remãſit veſicata erat.

¶ Inſuper nota q̃ preſcripte oẽs ꝓfectiones que in bacilone fiunt debet eſſe ſub eo ignis carbonũ accenſus ſine fumo:nõ aũt lignoꝝ vt iam a q̃buſdam fatuis vidi facere.

¶ Ad faciendũ pignocatam. ℞.

**Zucchari** clarificati ꝛ coctionis non perfecte lib.i. Stanchebeçet optime cũ bacculo amota captia ab igne:ꝛ poſt longã eius ductionẽ addanꝫ pinee mũde. ʒ.iiij.Et ſimul miſceantur:deinde çuccharũ perfecte coquaꝫ:ꝛ ſit dura coctio:deinde in morſellis incidatur.

¶ Pignocata ſi longo tempore conſeruari debet:apponenda eſt quãtitas ꝑſcripta pineaꝝ.Si vo pauco tẽpore apponi poſſunt lib.ʒ.pinearũ pro oi lib.i.çucchari.

¶ Ad faciendũ morſellatã albã. ℞.

**Zucchari** clarificati ꝛ coctionis non perfecte lib.i. Stanchebeçet optime cũ bacculo ꝛ poſt longam eius ductionez addaꝫ çinçiberis minutim iciſi ʒ.y. Deinde ſuccharꝫ perfecte coquaꝫ ꝛ in morſellis icidatur.

¶ Sũt aũt multi q̃ maiorẽ quãtitatẽ çinçiberis ꝑ lib.i. çucchari ponunt vt fortior ſit.Sed cõis ꝛ ab oibus vſitata:doſis eſt ʒ.y.çinçiberis pro oi lib.i.çucchari.

¶ Ad faciendũ çinçiberata. ℞.

**Zinziberis** mundi ꝛ electi. ʒ.iiij.
Cinnamomi fini. ʒ.y.
Macis. Cariofiloꝝ. aã.ʒ.i.
Pulueriçentur hec ſubtiliter.
Zucchari clarificati ꝛ bene cocti. lib.y.
Et fiat confectio in morſellis.

¶ Cõfectio hec eſt multũ delectabilis guſtui:ſed nõ ẽ alba. fit in multis bonis vrbib⁹.Sz i hac nra vrbe nõ ẽ in vſu.

¶ Ad faciendũ fructus ꝛ aialia oia ex ſuccharo. ℞.

**Zucchari** quantitatẽ quã volueris ꝛ pulueriça:deinde poſt ſubtilem pulueriſationẽ ipaſtetur cũ albuminibus ouoꝝ quãtitate ſufficienti intantũ q̃ forma paſte habeat:deinde vnganꝫ forme cũ oleo amigdalarũ dulciũ ꝛ dicta paſta forme impleatur poſtea ſimul cõprimantur:ꝛ ſic erunt aialia vel fructus facti:ꝛ ſic oia fieri poſſunt pur q̃ forme habeanꝫ : deindeponanꝫ in ſtupba ad ſiccandũ demum pingantur ſm colorem ſuum.

¶ Sunt quidã aly qui ipaſtant ſuccharꝫ cũ gũma dragaganti facta in aqua roſa:ꝛ qui aſpergunt formas farina : ꝛ hoc fieri poteſt:ſed ſupior modus melior eſt.

¶ Ad faciendum penidios. ℞.

**Zucchari** lib.y.infundatur in aqua p noctez : deinde coquaꝫ cũ illa aqua abſq; aliqua alia clarificatiõe:prius tamen coleꝫ ꝛ ſit coctio dura:poſt q̃ coctionem proyciatur ſuper marmor inunctũ oleo amigdalarũ dulcium:deinde ducatur ad ferrum anteq̃ infrigidetur ꝛ quanto longior tempore ducũtur tanto albiores fiunt:deinde forpice incidanꝫ ꝛ in ſtupba reſeruentur.

¶ Sunt aũt qui ponũt ꝑ oi lib.i.çuccha. ʒ.ʒ.amidi pulueriçati poſt mediã çucchari coctionem vel in fine: ꝛ hoc vt ſuccharꝫ nõ candeat:ꝛ modus ille non vituperatur.

¶ In aq̃ aũt ſuccharꝫ ponit vt viſoſitatez acgrat:q̃ mediãte poſſit ad ferrũ trahi q̃ traytione alibi penidy fiãt.

¶ Zucchariꝫ quãto perfectius tanto longiori tẽpore in aq̃ pmittitur infuſum.Quãto vo groſſum magis ac rubeum tãto minori tẽpore relinquẽdũ eſt in aqua:ꝛ hoc nota:quocharũ eni groſſum ꝛ rubeũ multũ de viſoſitate bz:ſi paꝛũ in aqua pmittaꝫ:albũ vo paucam bz humiditatez:immo ad illã acgrendaz que neccia eſt ad hoc q̃ trahi ad ferrum poſſit in aqua infuſum ſtare debet ꝛ longo tẽpore.

¶ Zucchariꝫ in oib⁹ ſupraſcriptis ꝓfectionibus clarificari dz.In iſta aũt nõ clarificatur:ſed tantũmodo coleꝫ : vt a ſuperfluis ꝛ immunditys mundetur ꝛc.

¶ Ad faciendũ manuſchꝛi roſatum. ℞.

**Zucchari** clarificati ꝛ ab aqua conſumpti lib.i. Aq̃ roſa lib.ʒ.Miſce ꝛ bulliant duo ſit vſqz ad aque conſumptionẽ ꝛ ſucchari forte coctionez:deinde illum ꝓyce ſup marmor aſpſum farina ſubtili ꝛ reſerua.

¶ Sunt qui vngunt marmor ex oleo amigdalaꝝ loca farine.Nec hic modus mihi placet.ſcias inſuper q̃ ſuccharũ ex quo fit manuſchꝛi nõ multũ ſtanchebeçaꝫ.longa enim ſtanchebeçatio prohibet ſuccharꝫ candeſcere.

¶ Ad faciendũ manuſchꝛi violatũ. ℞.

**Zucchari** clarificati ꝛ ab aqua cõſumpti. lib.i. Aque flozum violarum lib.ʒ.
Miſce ꝛ fiat vt de preſcripto tibi monſtraui.

¶ Nota inſuper q̃ aromatary noſtri temporis ſolũ. ʒ.y. Aque flozum violarum ꝛ roſarum pro lib.i. çucchari ponunt ad faciendum tam manuſchꝛiſti violatum q̃ roſatum:ꝛ tunc pauca virtus eſt in eo.ideo quantitas illa apponenda eſt ſupra a me deſcripta.

¶ Poteſt etiã fieri manuſchꝛi buglоſſatũ ꝛ bozaginatuz: ꝛ fiant vt preſcripti permutando ſoluz aquas:ꝛ loco aque roſarum ponitur aque flozum buglоſſe vel flozum bozaginis cum quantitate ſucchari preſcripta.

¶ Ad faciendũ manuſchꝛi perlatũ. ℞.

**Zucchari** clarificati ꝛ ab aqua conſumpti lib. i. Aque roſarum. lib.ʒ.
Miſce ꝛ duo ſimul bulliant vſqz ad aque conſumptionẽ ꝛ ſucchari duram coctionem.in fine vo addatur.Margarite ſubtiliſſime ꝛ pulueriçate ʒ.ʒ.ꝛ proyciatur ſup marmor aſperſum.vt ſupra ꝛ reſeruetur.

¶ Sunt autẽ quidam aromatary:immo fere omnes qui ſolum ʒ.i.pro omni lib.i.çucchari margaritarum ponũt: ꝛ hoc propter ipſarum penuriam:ac emptores nolunt ſoluere ꝛ male . nulla enim minor quantitas apponenda eſt q̃ ʒ.ʒ.pro omni lib. i.çucchari.

¶ Ad faciendũ manuſchꝛi cũ fragmẽtis coꝛ. ℞.

**Zucchari** clarificatati ꝛ ab aqua conſumpti lib.i. Aque roſe. lib.ʒ.Bulliant hec duo ſimul vſqz ad conſumptionẽ aque ꝛ durã coctionẽ ſucchari:deinde in fine addatur. Fragmentoꝝ preciоſoꝝ omniũ ſubtiliſſime contritoruz ʒ.iy.Margaritarum ʒ.i.Miſce ꝛ proyciantur ſuper marmor ꝛ reſeruetur.

¶ Ad faciendum ſaponiam. ℞.

**Zucchari** clarificati ꝛ ab aqua conſumpti. lib.i. Aque roſarum. ʒ.iiij.
Amidi pulueriçati ʒ.iiij.Bulliant omnia ſimul vſqz ad aque conſumptionem:ꝛ ſucchari duram coctionem:deinde in fine addatur. Zinçiberis ſubtiliſſime inciſi ʒ. y. Et proyciatur ſuper marmor ꝛ detur ei forma manuſchꝛiſti:ſed latior ꝛ minor ſit.

¶ Hec confectio fit apud curiales ꝛ dominos venetos: ꝛ bis in locis multum in vſu eſt multumqz delectabilis guſtui ac nutritiua.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0281-7

¶ Saponea alia de venetis. ℞.

**Amigdalarū** mundatarum dulcium. ʒ.xvi.
Amidi purissimi ⁊ noui. ʒ.iiij.
Zucchari albi ⁊ clari. lib.i.
Fiat hoc modo. sit çuccharum clarum ⁊ albissimum ⁊ de dicto çuccharo. ʒ.ix.⁊ amigdalarum cola cum aqua per sedatium spissum ⁊ pone ad ignem ⁊ quādo cepit spissari cum oleo amigdalax dulcium:⁊ ʒ.iij.çuccari adde in dictum confectum vsqʒ ad coctam sufficientem: ⁊ fiat in morsellis de. ʒ.iij.pro quolibet vel circa.

¶ Ad dandū colorē rubeū çuccharo. ℞.

**Braxile** subtilissime raspati. ʒ.i.
Aluminis roche. ʒ.ʒ. Aque. ʒ.vi. Infundā tur duo hec in pecia ligata in dicta aqua per dies sex: deinde calefiant ad ignē leuiter: ⁊ cuʒ ea aq̄ çuccharū coquak.

¶ Ad faciendū colorē viridem. ℞.

¶ Succum cauliū vel succum blete vel succū folie ireos ⁊ cum altero coq̄ çuccharū coquatur.

¶ Ad faciendū colorē celestinū vel nigrū. ℞.
Endegum. Gummi dragaganti. aā.ʒ.iij.
Uini nigri. ʒ.vi. Ligentur in pecia duo hec subtiliter paluerizata ⁊ infunde in vino per dies sex: deinde cum dicto vino çuccharum coquatur: prius tamen ad ignem cuʒ dictis rebus aliqualiter calefiat.

¶ Ad faciendum colorem glaucū. ℞.

¶ Croci. ʒ.ij. idest integri. Aque. lib.i.
Infundant in ea per diem ⁊ noctez: deinde aliquantuluʒ calefiant: similiter postea colentur ⁊ cum dicta aqua çuccharum coquatur: vel accipe succum florum nascentium in paludibus que sunt glauce: ⁊ est opinio quorundam q̄ sint flores acozi: ⁊ cum eo coque çuccharum. est enim glaucum pulcherrimū: non tamen ita boni odoris.

¶ Ad faciendum colorem turchinum. ℞.
Endegum. ʒ.ij. Ceruse. ʒ.iij. Calcis viue. ʒ.i.
Puluerizent ⁊ in pecia ligentur ac infundant in lib. i. aque per diem ⁊ noctē: deinde simul ad ignem aliqualiter calefiant: ⁊ cum dicta aqua çuccharum coquatur.

¶ Ad faciendū colorem morellum. ℞.

¶ Succi flox ireos ⁊ cū eo çuccax coquak: ⁊ si illo tēpore nō repit: Accipe Manipuluʒ vnū tondature cozy morelli de quo fiūt burse: ⁊ fac bullire tribus vel q̄tuor ebullitionibus: deinde colet aq̄ ab illis incisionibus: ⁊ cum dicta aq̄ coquak çuccharū. Et sic potes facere de rubeis incisionibus: ⁊ si rubeū colorē facere vis absqʒ braxili.

¶ Ad faciendum marciapanum. ℞.

¶ Amigdalarum dulcium mundatarum ⁊ subtiliter contritarum lib.ʒ. çuccharī boni ⁊ puluerizati: deinde iterum cum amigdalis bene cōmisce. lib. ʒ.
Aque rosarum quantum sufficit ⁊ fiat.

¶ De decoctione medicinax: ⁊ continet partes tres.
¶ Prima est de medicis q̄ multū sustinent de decoctiōe.
¶ Scōa est de medicis que paruʒ sustinēt de decoctiōe.
¶ Tertia est de medicis q̄ mediocrē sustinēt decoctiōeʒ.

**Hec summa** nō minus vtilis q̄ necessaria est. Nisi enim medicine debito mō coquātur que compositum faciunt sane virtus compositi a doctozibus limitata non resultabit. Igitur vt hunc errozem amoueam summam hanc annotaui: in qua ⁊ vniuersalem ⁊ particularem doctrinam comperies.

**Medicine** que multum sustinent de decoctione sunt iste.
¶ Aristologia longa ⁊ rotunda: apium radix ⁊ herba. Achacia. Alumina omnia.
¶ Bruſci. Baccara. Berberi.
¶ Colloquintida. Cucumer asininus. Centauree oēs. Licera. Lardōes oēs. Lauda egna. Lortices capparo. Lortices mādragore. Lortices gra. Lotnu cer. Lastoreū. Diptam⁹. Enula. Euforbiū. Ellebozus alb⁹ ⁊ niger. Feniculus radix ⁊ herba. Faseoli. Hentiana. Hramē. Hermodactyli. Ireos Hypoquistidos. Lapis armenus. Lapis stellatus. Lupuli. Miliū solis. Oppoponacum. Orobus. Omnia habētia multam humiditatē ⁊ frigiditatē. Omnes succi herbaruʒ. Petrosillinū radix ⁊ herba. Plantago. Radices peonie. Raffanus Reuponticum. Rubea tinctox. Radices oēs nō aromatice. Squinantū. Sarcocolla. Serapinuʒ. Serpentarie oēs. Semperuiua. Salis oēs spēs. Stafisagria. semen canapis. stipites arborum ⁊ plantaruʒ: minus tamē q̄ radices ⁊ plus q̄ folia coquenda sunt.

**Medicine** que pax sustinent de decoctiōe sūt iste.
¶ Aq̄ lactis. Ambra. Ameos. Amomuʒ. Antos. Acetum. Aqua rosaruʒ. Aqua violarū. Aromatica oia. Lapilli veneris. Lardamomū maius ⁊ minus. Lāphora. Larpobalsamū cū tota planta. Linnamomū. Lamomilla. Lortices citri. Lortices cydoniox. Lalam⁹ aromatic⁹. Epithimuʒ. Foly indi. Flores genestre. Flores nenufaris. Flores buglosse. Flores boraginis. Flores oēs. Hariofili. Lignū aloes. Māna. Muscus. Maiorana. Mellilotum. Nigella. Oxīmū. Origanū. Opium. Omnia habentia virtutē in superficie. Omnia facilis resolutionis. Piper omne. Rose. Reubarbarū. Sticados. Seminis psilly. Scamonea. Seminis altbee. Semina frigida quatuor minoza. Seminis papaueris albi ⁊ nigri. Saturegia. Semen basilicōnis. Serpiliū. Sandali omnes. Uiole.

**Medicine** que mediocrem sustinent decoctionem sunt iste.
¶ Aloes. Absinthium. Assarum. Agaricus. Anisi. Arthemisia. Betbonica. Balaustia. Calamentum. Colloquintida. Ciclamen. Carui. Cimīnum. Cubebe. Cicorea. Costuʒ. Daucus cupatorium. Endiuia. Epatica. Folia omnia. Fumus terre. Feniculi. Herba papaueris vtriusqʒ. Hyssopus. Ireos. Iuiube. Hypericon. Lupuli. Leuistici. Laurus. Mentha. Meçereon. Myrtilli. Mentha. Nenufar. Ordeū. Pruna. Polypodiū. Peonia. Petrosilly. Pimpinella. Paritaria. Radix ligritie ⁊ succus. Saluia. Semia oia. Succi herbarū aromaticax. Succus rosarum.

| | |
|---|---|
| Succus violarum. | Semen endiuie. |
| Squilla. Sene. | Semen acetose ⁊ herba. |
| Semen genestre. | Semen vrtice. |
| Semen iusquiami. | Semen coriandrozum. |
| Sauina. | Semen iuniperi. |
| Scabiosa | Scolopendria. |
| Sparagi. | Saxifragia. |
| Semen apy. | Tamarindi. |
| Semen rute. | Turbith. |
| Semen lini. | Tassus barbassus. |
| Semen fenugreci. | Tamariscus: idest herba. |
| Semen portulace. | Uinum granatox. |
| Semen lactuce. | Uinum cydoniozum. |
| Semen scariole. | Zedoaria. Zinçiber. |

Et sic cōcluditur q̄situ de decoctione medicinarum ⁊c.
¶ De contritione medicinax continet partes tres.
¶ Prima de medicinis que multū sustinēt de ꝓtritione.
¶ Secūda de medicinis que pax sustinent de ꝓtritiōe.
¶ Tertia est de medicinis quē mediocrem sustinent de contritione.

**Hec summa** non minus vtilis q̄ precedens est: ⁊ si intellecta fuerit ⁊ executioni mandata: Auctozum compositiones virtutem suaʒ a compositoze limitatā in recipientem imprimet. Ad laudeʒ al-

tissimi qui sua benignitate opus nostrum dirigat.

**Medicine** que multum sustinent de contritione sunt iste.

Aristologie omnes. Aloes. Amigdale. Aurum. Argentum. Argentum sublimatum. Arsenicum. Aurum pigmentuz. Bacce lauri. Balaustie. Batitura eris. Berberi. Lortices. ouozum. Lolloquintida. Lucumer asininus. Lětauree omnes. Licera. Lardones omnes. Lauda egna. Lortices capparozum. Lortices mandragore. Lortices granatozum. Lostum. Lornu cerui. Lartamus. Leruſa. Lozalli vtriqz. Lrystallus. Lortices omnes plantarum. Dactyli. Diptamus. Enula. Elleborꝰ ambo. Eborꝰis. Encinapium. Faseoli. Ficus. Fragmenta omnia preciosa. Flos eris. Hramen. Hermodactyli. Ireos. Lupini. Ligni aloes. Lytbargiriꝰum. Lapis laçuli. Lapis iudaicus. Lapis lyncis. Lapides omnes. Margarite. Milium solis. Myrtilli. Marchesite omnes. Minium. Magnes. Marmoz. Medicine composite deoppilatiue. Medicie composite epatice. Medicine pro renibus. Medicine omnes stupefacientes: metalla omnia. Medicine pectozales.

Opium. Orobus. Ordeū. Os sepie. Omnia alumina: omnia mineralia. Pinee. Passule. Plumbum vstum. Radices peonie. Raffanus. Reuponticum. Semen papauerū omniū. Semen lini. Squinantum. Scozia ferri. Scozpiones. Sandali omnes. Serpentarie omnes. Semen fenugreci. Semina quatuoz Ma. frigida. Stafisagria. Semen coziandrozum. Semen canapis. Semen Juniperi. Sauina. Sēperuiua. Sanguis draconis. Semen iusquiami. Sulfur. Salis omnes species. Species tyriace. Species metridati. Species trifere. Species trociscozū. Species biere. Species loch. Terra sigillata.

Uitrum. Uitreolum.

**Medicine** paruz sustinentes de ꝓtritione sunt iste.

Aloes. Absintbium. Anbetum. Ameos. Amomum. Ambza.

Capilli veneris. Lassia lignea. Lardamomū. Lortex citri. Calamus aromaticus. Laphoza. Lortices cydoniozum.

Eiptbimi. Euforbium.

Flozes geneſtre. Flozes camomille. Laudanum.

Meçercon. Mellilotum. Muscus. Nigella.

Oppoponacum. Oçimum. Omnia vina aromatica. Omnes gumme. Omnes species aromatice. Omnia quoꝝum virtus facile resolnitur. Omnia debilia ꝛ rare texture. Omnia que babent virtutem in superficie. Omnia intense caliditatis: ꝛ siccitatis. Piper omne. Rose. Scamonea. Sticados. Semen psilij. Sarcocolla. Serapinum. Succus rosarum. Sene. Thimi. Viole.

**Medicine** que mediocrem sustinent contritionem sunt iste.

Assarū. Agaricus. Anisi. Apiū. Acetosa. Artbemisia. Liminum. Liclamen. Larui. Lubebe. Daucus. Diaciminū. Dianisum. Diatrion pipereon. Eupatozium. Epatia. Epar adip. Fumus terre. Feniculum. Hariofili. Hyssopus. Ireos Dipericon. Intestinum lupi. Lupuli. Leuisticum. Laurus. Mirabolani omnes. Medicine omnes solutiue. Medicine stomatiche. Nasturtium. Nux muscata. Omnia folia preter ipsa aromatica. Omnia fere semina preter aromatica. Polypodium. Petrosilliū. Pimpinella. Paritaria. Pulmo vulpis. Pillule omnes. Rutba. Reubarbaꝝ. Spice. omnes. Semina oia. Squilla. Semen geneſtre. Scabiosa. Semē peonie. Sparagi. Semē rutbe. Semen vrtice. Semē endiuie. Scolopēdria. Serpilliū. Stomacha gallinaꝝ. Turbith Tamariscus. Zedoaria. Zinçiber.

Sequuntur nobilissima documenta vrinarum ad cognoscendum vtilitates nature hominū ꝛ mulierū: ꝛ B cognoscit per vrinas ex gbus vrinis agnoscūtur infirmitates corpozū. Secundarie cognoscuntur per tactū pulsus. Tertio per auditum persone patientis. Uidelz per interrogationē ipsius put se sentit. vñ ex istis documentis possumus infirmis succurrere incipiē do sic. Primo dico ꝙ vrina est quidā colamentuz humozum superans corpus ꝛ qui exit ex vesica corpozis ꝛc. Qñ vrina est aliqd amara ꝛ ollet bono odoze: ꝛ tūc corpus est sanū: ꝛ si corpus est turbatū nō ollet: imo fetet malo odoze: vnde est malum signū. Et si vrina est ex bona natura ꝛ vrinalis stet bene obturatus vrina satis durabit ꝛ aliter efficit versa si stātita erit. Tūc ꝛ tu calefacias ipsaz ad ignē ꝛ vertetur. Sed non fit optima ad iudicanduz infirmitatem ꝛ veritatem ipsius pone. vnde scias ꝙ nō est vrina verioꝝ q̄ vrina que fit post digestionez: ideſt postq̄ dormierit: vl vria maturinalis pro iudicādo: qz quāto vrina est retentioꝝ tanto est melioꝝ: ꝛ etiaz cognoscit melius ad lumen diei vel solis occasione vt melius possit agnosci. Itaqz pars in qua debeꝫ prospici est vt medicus respiciat quāta est vrina ꝛ quātū colozē babet ꝛ si aliquid videtur intus. Et scias ꝙ duo sunt que dant ad intelligendum vel que dant colozez vrine. Prima est caliditas naturalis corpozis altera est friditas. Itē duo sunt que dant substantiā ad cognoscendū vrinā. prima est bumiditas corpozis altera siccitas. vnde calor dat sibi colozez vermiliū: ꝛ frigiditas dat colozez album: ꝛ bumiditas dat sibi spissitudinez ꝛ turbitudinē: ꝛ siccitas dat claritudinem ꝛ facit ipsam lucidā multū. Et ideo est sciendū ꝙ si vrina erit rubea ꝛ aliquid spissa ꝛ non lucida significat nimiuz sanguinē. Si vrina erit vmilia clara ꝛ crocea signāt nimis colorē alś cholerā. Si vria erit alba ꝛ spissa vel alba ꝛ grossa ꝛ magis spissa q̄ clara signāt nimis flegma. Si vrina erit alba ꝛ lucida significat nimis melancholiam. Si vrina bruna significat ꝙ sanguis est quasi coctus ꝛ combustus propter nimiū calorem ꝛ magnā debilitatē. Si vrina erit viridis ꝛ lucida significat magnā debilitatē. Spiritus ꝛ sanguis est prout coctus intus. Unde est bonum comedere ꝛ bibere res ad ꝓtrariū: ꝛ sic stabit corpus sanū ꝓpter temperantiā que nascitur in medio duaꝝ rerū contrariarum. Unde si videas ꝙ babeas nimis sanguinem vtere rebus frigidis ꝛ siccis: ꝛ si es nimis frigidus vtere rebus calidis ꝛ bumidis. Et si es nimis choleroſus vtere rebus fridis ꝛ bumidis. Et si es nimis siccus vtere rebus calidis ꝛ bumidis. Res calide ꝛ bumide sunt carnes recētes vt vitellum oui crocus vue recentes ꝛ bene mature ꝛ amigdale. Res bumide ꝛ frigide sūt lactuca portulaca ꝛ lac. Res calide ꝛ sicce sunt sal piper gariofili carnes salse puleçolū. Res frigide ꝛ sicce sunt caseus ꝛ albū oui. Iterum est sciendus ꝙ in vrinis sunt quatuoz circuli: iz isti circuli nō sint bene clari ad cognoscendum ꝛ maxime quando quis vnus cōsiderat bene ipsos subtiliter. videlz si superioz circulus vrine erit optime coloratus: ꝛ si vrina erit bene put spissa ꝛ babebit modicā spumā: significat nimis sanguinē ꝛ magnū dolorem capitis in parte anterioꝝ vel in latere. Si circulus superioꝝ erit nigreus significat nimis melancholiā: ꝛ si facit spumā satis significat dolorez capitis ꝛ lateris debilitatem. Et si spuma erit satis significat debilitatem multam. Et si est pauca spuma significat paucam debilitatem. Si circulus superioꝝ erit albus significat nimis flegma: ꝛ si tenet nimis spumam significat grauedinez ce-

pitis plus versus posteriorem partē q̄ anteriorē: ꝛ habet stomachū frīdū. Si circulus erit croceus supra significat nimis calorē. Et oia sunt ista intendēda plus ꝛ minus ꝑm colorem ꝛ conditionē ꝛ substantiaz vrine. Itē si vrina attrahit infra se ad modū fila significat scorticamētū intus in vesica ꝛ in renibus. Si vrina attrahit ad se ad modum cruscbe significat febrē quotidianaz intus in prima ꝛ malos humores in renib⁹ adunatos ꝛ in vesica. Si vrina erit incolore auri erit melior q̄ in alio colore. Item aliquādo vrina habet vnam nebulam que vocatur hypostasis. Aliquando stat supra aliquando infra. Nunc est considerandum de tali hypostasi si ipsa est continua vel longa vel si ipsa est rotunda vel alba. ¶ Et si ipsa rubea superius de vrina vel sit alba significat infirmitatem valde occultam ꝛ arditam ꝛ natura incipit coqui: ꝛ si in medio natura iam est cocta media. Si in fundo significat q̄ natura iam habet coctam mediam materiaz. Si est rubea vel crocea in colore aureo significat infirmitatē iam festinantem ꝛ arditam. Si est nimis liuida in colore significat longam infirmitatem. si est nigra habet pejus: idest q̄ infirmus mutatur in pejus: id est q̄ habet tertianaz ꝛ mutatur in quartanam. Si est in colore vt sanguis: ita q̄ color vincat vrinā significat personam esse in mala dispositiōe. Si vrina fit large per virgam signum est bonum. Si vrina fit cum dolore ꝛ pena illud est malum signum. Si abundat in multa quātitate bonum signum. Si fiat pauca malum signat: eo qz mali humores superant vrinā. Urina puelle nō pollute est multum lucida ꝛ clara subtilis prout crocea. Urina femine corrupte semper est turbida ꝛ nūq̄ bene clara nec lucida: ꝛ istud intelligitur in sua sanitate. Urina femine pregnātis habet ista signa: per que pōt videri ꝛ agnosci quādo est grauida an ne: qz apparet in ipsa quedaz nebula alba prout bombax optime tritus in hyeme ꝛ in estate habet colorem sanguineuz existens in sua sanitate. Et si esset turbida mutaretur in colore ꝑm conditionem mulieris: ꝛ videbitur imago prope fundum: ꝛ istud apparet in primo mēse ꝛ in secūdo ꝛ in tertio. Hypostasis que est in vrina alba multum turbida essendo in sua sanitate venit clara ꝛ lucida ꝛ tenet colorem vini albi ꝛ subtilis. Et hypostasis est alba magis ꝛ clara superius q̄ iferius: idest q̄ ꝑpe fundum sint feces signum grauedinis.

¶ Urina femine que nō est grauida est magis alba ꝛ magis subtilis q̄ vrina femine grauide.

¶ Urine omnium feminarum trahunt magis ad albedinem q̄ ad alium colorem: ꝛ proprie ad colorem rubeum. Si sunt in sua sanitate.

¶ Urina femine si erit optie alba in fundo vrinalis ꝛ subtilis signat magnam molestiā vel frigiditatez in matrice. Et si habebit spumam significat grauedinem capitis ꝛ in renibus dolorē ꝛ debilitatem stomachi.

¶ Urina femine que est alba. i. clara in vrinali ꝛ lucet put argentū: ꝛ nō curat comedere signū est q̄ grauida est.

¶ Urina femine que habet colorem clarum ꝛ grauem signum est velle luxuriari.

¶ Urina hois ꝛ femine q̄ hz hypostasim aliquātulū nigrā in vrinali ꝛ insimul adimatā significat mortem.

¶ Urina que est pauca in quantitate ꝛ in colore nigra significat mortem.

¶ Urina que tenet multam fecem in fundo ꝛ habet nebulam nigram ad modum calcine significat mortem.

¶ Urina q̄ mutat̄ in multis coloribus significat mortem.

¶ Urina veridiasca ꝛ pauca significat mortem.

¶ Urina que in illo qui febrescit ꝛ habet in fundo fecez si infirmus non sudat significat mortem.

¶ Urina in colore fellis ad fundum ꝛ ad modum semile significat mortem.

¶ Urina que habet in fundo ad modum salbioni ꝛ ad modum sanguinis significat mortem.

¶ Urina in febrienti si est nimis alba significat mortem.

¶ Urina tenens multos colores in vrinali signat mortez.

¶ Urina habens in fundo vrinalis feces ꝛ guttas sanguinis significat mortem.

¶ Urina que est multuz rubea habens paucā spumaz ꝛ in medio sanguinis ꝑpe fundum significat mortem.

¶ Urina puelle non pollute ꝛ sane est pura ꝛ clara sine macula.

¶ Urina hois sani hīs in mane vrinam albam ante prandium rubeā: ꝛ post prandiū albā bonum signum est.

¶ Urina sanguinea significat ordimentum in vesica ꝛ alicuem fetorem intus.

¶ Urina q̄ abundat ꝛ nō scotat nimis ꝛ reddit odorē q̄ est sat ꝛ vnū modicū rubea ꝛ nuuolosa alba ꝛ eq̄lis stat. i. in medio vrinalis ꝛ alta a fundo ꝛ vrinare sepius sanitatē significat. Et ēt bene euacuare corpus est optimū.

FINIS.

¶ Impressuz Venetijs ere ac sollerti cura beredum. q. domini Octauiani Scoti ciuis ac patricius Modoecensis: ꝛ socioꝝ. Anno a dominica incarnatione. 1520. Die. 23. Martij.

## Registrum.

aa bb cc dd ee ff gg bb

¶ Omnes sunt quaterni.

